



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Pars Secvnda Libri II. De forma suppellectilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Pluiale.

Auriphrygium, seu fascia amictus sacerdotalis, diaconalis, & subdiaconalis.

Grammata, seu auriphrygium albe sacerdotalis, diaconalis, & subdiaconalis.

Sandalia.

Caligæ, quas olim hyacinthino colore fuisse proditum est.

Gremiale.

Dalmaticæ diaconales.

Tunicellæ subdiaconales.

Stolæ diaconales.

Manipulus diaconalis.

Manipulus subdiaconalis.

Auriphrygium, seu fascia amictus diaconalis.

Auriphrygiū itē amictus subdiaconalis.

Sacculus corporalium.

Pulvinar Missalis.

Integumentum Missalis.

Integumenta librorum euangelistarum,

epistolarum, lectionarium.

Integumentum lectorilium statariorum.

Integumentum lectorilium gestatoriorum.

Integumentum ambonis, suggestivæ.

Integumentum falditorum.

Vestes atq; indumenta eiusdem coloris,

quo sunt vestes supra enumerate, licet è materia diversa constent.

Almatica.

Tunicella.

Chyrothecæ Episcopales.

Velum calicis.

Integumentum sedis Episcopalis.

Velum frontispicij Altaris.

Vela, seu continentia subdiaconales.

Indumentorum ornamenta, materia, colore, opere, artificiove inter se vt

maximè potest, conuenientia.

Cruces frontispicij pallij.

Cruces planetæ.

Cruces stolæ sacerdotalis, & diaconalis.

Cruces manipuli sacerdotalis, diaconalis, & subdiaconalis.

Cruces fasciæ amictus.

Auriphrygium pluualis.

Cràmula, & fasciæ dalmaticæ diaconalis.

Grammula, & fasciæ tunicellæ subdiaconalis.

Ornamentum pulvinaris Missalis.

Ornamentum sacculi corporalium.

Ornamentum integumentum codicum.

Lacinia singularum integumentorum

& pulvinarium conuenire etiam debent

cum coloribus ornatus; ita scilicet, vt

aurum cum auro, aut argentum cum ar-

gento, & sericum cum colore ornatus

pannice conueniat.

non sicut dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

subiungitur vt dicitur in

## PARS SECVNDA

### LIBRI II.

#### De forma suppellectilis.

AM deniq; restat altera hu-

ius libri pars: in qua suppel-

lectilis omnis mox supra e-

numerate, rei; ad vsum ec-

clesiasticum pertinētis, for-

ma à nobis exponēda est; ac ita quidem,

vt aliquando etiam materia simul osten-

datur, è qua res vnaquæq; pro præstan-

tiæ ratione conficiatur.

Primo igitur loco erit Crux.

De Cruce.

Crucis potè, quæ vel super altari

maiori, vel super tabernaculo san-

ctissimi Eucharistiæ collocabitur, for-

ma penè quadrangula erit: cuius tamen

pars inferior paululum oblonga in tubu-

lum desinet; vt cum ad vsum processio-

num, aliarumq; Ecclesiasticarum actio-

num opus erit, à suo possit fulcimento

commodè eximi.

Ea autem magnitudine Crux erit, quæ

cum altarij amplitudine aptè decoreq;

conueniat.

Ex aureis, aut ( si minus per facultates

possit ) argenteis laminis Crux altarij

maioris erit in basilica cathedrali, Ec-

clesiasticq; collegiatis: hæc q; vsui solennio-

rum dierum, atq; officiorum: altera au-

tem ex aurichalco inaurato condecen-

te cæcata elaboratave, alijs diebus ad-

hibenda.

Ex hac item materia, vel ex argento il-

la etiam erit, quæ in alijs ecclesijs præfer-

tim parochialibus super altari maiori

collocabitur.

Fulcimentum, quo aptè Crux in altario

sustineatur, ex auro, aut argento, aut sal-

te ex aurichalco, aut deniq; ex ligno in-

aurato, in ecclesijs scilicet quarum census

tenuis



tennis est; eleganter, decoratq; forma cō-  
fectum, ad congruentem altitudinem sur-  
gens, tectū, atq; aptè tubulo infigatur.

Crucis itē quę in altario maiori po-  
netur, cum fulcimentum, tū forma ea-  
dem, atq; quantoq; minor esse poterit, sed  
exemptilis esse non debet. Materia si minus aliquando ex aurichal-  
co, pretiosiorive metallo, at ex ligno est  
se poterit picto, decenterq; inaurato.

Crux porò Capituli, vel illa quę in  
processionibus, minorumq; exequiis,  
alijsq; sacris, & Ecclesiasticis actioni-  
bus de more præfertur, hastile habeat be-  
ne firmum, idēq; decenter pictum, cui  
aptè inforatur.

Vbi verò (vt in ecclesia Ambrosiana)  
mōis est à Capitulo, aliq; Ecclesiasti-  
co Collegio, vel à parochis alijsve ani-  
marum curatoribus, Crucē forma qua-  
dratā, quę duobus enbitis paulo ve am-  
plius alte laueq; pateat, in illis Ecclesia-  
sticis actionibus sine hastile, sed breui  
manubrio eiusdem metalli proferri; is  
quidem mos sanè quā vetus vsuq; pro-  
batus, planè retinendus est.

De Candelabris.

Candelabra altaris maioris (quę ex  
aurum, aut ex olim fuisse animaduerti-  
mus) si ex auro per facultates fieri non  
possunt, saltem ex argento conficiantur  
ad vsu solenniorum officiorum, ita vt  
& metalli genere, & opere cum Cruce  
congruant.

Alii a verò quę vsui quotidiano sunt, ex  
aurichalco constare poterunt: quo me-  
tallo in omni Ecclesia adhiberi conue-  
niens est.

Ex ligno autem opere tornatili conse-  
cra in reliquis altarijs minoribus aliqū-  
do permittantur, si ex aurichalco, pre-  
tiosiorive materia per facultates fieri  
non possunt.

Candelabri basis, quem pedem dicant,  
rotunda, vel triangularis potius existat,  
atque vt maximè fieri potest, cum illa  
congruens quę Cruci subiacet.

Sic verò vndiq; pateat, firmaque sit, vt  
præ cerei crassioris quę imponetur pon-  
dere, aut longitudine, candelabrum non  
vllō modo congruat.

Et si cum scapus opere calato recidē, piē,

decenterq; elaboratus, sensim angustius  
ascendat in altitudinem, quā altaris,  
ecclesięq; ratio requirit. Rursus quę in  
summitate circularē decore patu-  
lam designat. In qua summitate candelab-  
ri acumen teres extet, cui vasculum itē  
de ex argento vel aurichalco infigi pos-  
sit; in quo vasculo cerei inferantur.

Et quoniam vsu venit, vt quę candelab-  
bra ex auro argento ve sunt facile vacil-  
lent, atq; inclinentur, ac ferè etiam par-  
ticule, ex quibus simul cōglutinatis il-  
la fabricata sunt, dissoluantur; vtile erit  
virgam ferream per totum candelabri  
scapum transire: quę virga in superio-  
rem partem exiens, locum vasculo præ-  
scripto, candelę ve infigendę præbeat.

In parte autem inferiori ita claudatur  
lamina ferrea in orbē versatili, vt par-  
ticulas omnes quę candelabri scapum  
constituunt, aptè constringat, iunctasq;  
simul, ac rectas planè teneat.

Candelabrum cerei Paschalis ex lami-  
nis argenteis, aut ex aurichalco, aut sal-  
tē ob ecclesię inopiā è solido ligno, opē  
re tornatili, totūq; inauratū ac piē orna-  
tū, altitudinē cōstet cubitorū ferè quinq;  
Basi præterea firmissima suffulciatur; vt  
vbi mōis est (quemadmodū olim fuit)  
statis illis diebus in media ecclesia ante  
alatre majus collocetur.

Si verò pensile adhibetur, nulla basis o-  
pus est.

Cantharus (quod candelabri genus  
est in ecclesia Ambrosiana) ex auro, vel  
ex argento, vel ære fusili, aurichalco ve  
esse potest, prout ecclesię in qua adhibe-  
tur, ratio postulat.

Brevior quā cetera candelabra, ac le-  
uior itē: scapō præterea subtiliori cō-  
stet, quod facilius manu apprehendatur.

Basis triangulari, & reliquo ornatu sit,  
qui decentem speciem exhibeat.

Candelabra ad vsu processionum,  
& metallo, & forma existant, vt illa quę  
vni sunt altaris maioris; sed longitudi-  
ne aliquantō breuiori, & crassitudine  
minori itē esse poterunt.

De munitorio, & percuto.

Munitorium, ex eodem metallo è  
quo sunt candelabra, longitudine vn-  
ciarum duodecim.

Oper-



Operculum ad usum restringendi cereos  
è tenui lamina, quam totam vocant, con-  
stet: forma præterea decepti.

De Tabella secretorum.

**T**abella secretorum, non que rnea,  
non nucæ, neque denique è ligno  
subobscuro sit, sed ex abiete, aliave id ge-  
neris arbore albicanti, ne pagina agglu-  
tinata obscurecat.

Latè aliquantò amplius pateat, quàm  
longè: à parte anteriori coronicibus vn-  
dique decore ornatur.

A mensa altaris aliquantò altius sustine-  
ri debet aliquo sustinimento decore con-  
fecto, vt secretorum pagina propius ad  
oculorum conspectum accedat.

Atque hæc quidem vsus quotidiani.

Illa verò solenniorum dierum specio-  
sior esse debet, ita vt & coronices auri-  
tas, aut præclarè pictas, & paginam se-  
cretorum in mascululis literis impressam,  
& eius imagines literasque illas gran-  
diores, minio, auroque splendescentes  
habeat.

De Mappis tobaleisve altaris.

**M**appæ (que vela, velamina ve, aut  
sindones aliàs dicebantur) super  
nam altaris partem contegentes è lino,  
aut vbi lini copia nõ est pè cannabi sint.

At illæ pretiosiores vsu solennium die-  
rum, Episcopaliũq; officiorum, è tela  
linea item, vel cannabina; sed longè te-  
nuiori contexta: reliquæ vsus quodia-  
ni è tela eiusdem generis, non crassa ni-  
mis, nec verò rudi; sed eiusmodi, quæ  
opere textili benè, firmiter, ornateque  
confectæ sint.

Verùm nullè porrò Mappæ altaris ab  
vlla parte bambacio carulei alteriusve  
coloris elaboratæ sint.

Grandiores porrò Mappæ ea sint lã-  
gitudine, vt ab vtroq; altaris latere pro-  
fundius circiter tribus digitis quàm pla-  
num bradellæ demissæ sint.

Latitudine verò totam altaris mensam  
contegant, ac gradum item, qui super  
altari est: si modò, in altari præsertim  
maiori ob tabernaculi impedimentum,  
separatim operiri obtegitve commodius  
non sit.

Eæ præterea mappæ, quæ minores ad-  
hibentur, integræ, atque vt olim eius-  
modi existant, quibus tota integraque  
illa superior altaris pars, seu mensa co-  
sternatur; eæque inter se distinctæ sint  
ac sanè separata omnino.

De Pallijs.

**P**allium, seu palla, vestimentum sci-  
licet, quod ante altare tenditur su-  
spensum, paulò longius quàm altare pa-  
tere debet; eoq; altius, vt ab ima parte  
paululum sub coronicè scabelli eiusdera  
altaris occultetur.

A superiori parte palmum à summo di-  
stante, lacinijs, quas frangias dicunt, au-  
ro sericove elaboratis, pro colorum  
ratione ex ecclesiæ ritu præscripta or-  
netur.

Intrinsicus tela bambacina, aut alia te-  
nui materia vestiatur; quæ à superiori  
parte palmo vno excedat, vt sub map-  
pis reflecti possit.

Instruatur etiam à summo intrinsicus  
parvulis minutisque anulis æreis, fer-  
reisve, quibus suspendatur affixum tela-  
ri altaris.

Cui pallio ab exteriori parte, crux aut  
imago Sancti, Sanctorumve quorum  
nomine altare dicatum est; aut alia sa-  
cra effigies aptè recteque in medio af-  
suatur.

Id quod antiqui instituti esse ex eo et-  
iam accepimus, quòd Zacharias Pon-  
tifex pallam auro intextam Natiuita-  
tis Domini nostri Iesu Christi imagi-  
ne ornata Beati Petri Apostoli alta-  
rio obtulit.

Pallium pretiosius, vtpotè vsui solen-  
niorum officiorum, ac dierum, sit è sericò,  
auro argentove intexto, nempe ope-  
re attalico; quod brocatum dicunt; vel  
acu decore picto.

Illud verò quotidianum ex alio serici  
generè, aut subserico.

Idq; etiam in ecclesijs permittitur, qua-  
rum tenuis census ferre non potest illu-  
pretiosioris pallij sumptum.

Pallia autem, quæ humiliora, aut de-  
pressiora iam extant, quàm altaris alti-  
tudo requirit, altiora hãt, in summa par-  
te additamento eiusdè panni materia-  
ve factò, apteq; connexo: quod laciniæ  
quam



quam frangiam vocant, aut alterius rei ornatu decenti obtegatur.

Quæ verò pallia breuiora sunt, quoniam altaria longius ducta sunt, ea aptè reconcinnari poterunt, aut produci alijs pro longitudinis altarum ratione additis, decenterque annexis, eiusdem alteriusve panni sericive, aut materiae fascijs.

#### De velamento, seu fascia ad ornatum Altaris.

**V**elamentum (quod ad ornatum frontispicij altaris in Missæ sacro adhibetur, superiorique parti pallij in ipso altari tanquam frontale quoddam obtenditur) eiusmodi sit, ut demissum, usque ad serica filamenta quæ pallio assui solent, vel paulò infra perueniat.

Longe præterea pateat, ut adæquet altare, aut paulò amplius.

Eius extremitas, quæ in hominum conspectu est, fimbria decorè exornetur.

Est pretiosa tela lineæ, eaque tenui admodum confectum, per latitudinem lineæ acualiue ratione elaboratis, apteque certo interuallo dispositis, distinctè ornatum appareat.

Pretiosius porro, quod solennioribus diebus officijsque usui erit, insignius esse debet, auro scilicet argentoque contextum.

#### De Tela stragula altaris.

**T**ela stragula altaris, longitudine, ac latitudine sit, quæ totam illius mensam vndique contegat, & paulò amplius item: lacinijs breuioribus ab omni parte decorè cincta.

Colore viridi sit.

Quotidiana è lino, cannabive: illa verò vsui solennitatum è serico, aut è subserico.

#### De stragulis Bradellæ, & graduum Altaris.

**S**tragula Bradellæ, & graduum altaris, plani item cum opus est, tapetia sint, aut panni lanei, iisque pretiosiores pro solennitatum ratione, proque ecclesiarum dignitate.

Latè, longè, & amplè ita pateant, ut & bradella, & altaris gradus eorum ope-

rimento confertantur omnino, atque adeo amplius saltem cubito vno.

#### De caligis Episcopalis.

**C**aligæ Episcopales ita longæ esse debent, ut vsque ad genua protensa, ligulis in ea parte adstringantur; quemadmodum cum mysterij significatione conueniens est.

#### De sandalijs.

**S**andalia, calcei scilicet quibus Episcopus ad Missæ sacrum solènter faciendum utitur, è solea integra subtus constent, à parte autem superiori decenter ornata: quæ fenestrata etià superne olim fuisse non sine mysterij ratione Innocentius III. Pont. ostendit.

#### De Amictu.

**A**mictus (qui quoniã humeris imponitur, superhumeralis etiam appellabatur) eiusmodi, ut olim fuit, esse debet; cui fascia assuatur, quæ tanquam collare quoddam circa collum super casulam aptetur.

Fimbria porro fasciæ cõdecènter exornata sit: cri præterea tres cruces annectantur, vna in medio, & in utroque capite duæ.

Longa sit fascia hæc cubitum circiter vnum, & vncias sex: lata vncias circiter septem.

Porro amictus è tenui candidaq; tela lineæ sit: pretiosior è subtiliori.

Longitudine esse debet cubitorum circiter duorum; latitudine autem sesquicubitali.

In duobus eius angulis anterioribus assuuntur funiculi: qui crucis instar supra pectus transversè, indeque in tergum ducti, moxque reuocati, connectuntur, ut nè suo loco amictus moueatur.

Si verò amictus sine fascia adhibetur; in eius medio crux vnciarum duarum longè ab extremitate digitis duobus, superne acualiue ratione affigetur.

Extremitates autem amictus, præterquam ex ea parte, quæ collum ambit, aliquo modesto opere exornantur: ceteræ eius partes, ut illæ superioris amictus fasciam habentis.

De



De Alba, & auriphrygio, seu grammatis.

**A**lba (quam candidam vestem, candidissimum etiam à colore vocant) è tela tenui candidaque sit; illa pretiosior è tenuiori.

Longè autem quatuor cubitos producta, & succincta, cum à lumbis vndiq; redundet, tum ad pedes vsque pertingat. Latè præterea cubitos quatuor, ac paulò amplius circumquaq; pateat.

Manicas habeat longitudine sesquicubitali, latitudine ab humeris penè cubitali, quæ vsque ad manus sensim angustius ducantur.

Consuta autem sit non artificiose, sed simplici acus opere: in extremis verò manicas, & in summa veste aliquid dumtaxat sit acu paululum, ac tenuiter elaboratum.

Et ab ima parte aliquantulum reflexum.

In ima parte albæ à fronte, & à tergo, & itidem in extremis eius manicas quadræ particula: (iquas grammatas; seu auriphrygium appellant) panni serici, qui coloris, & panni eiusdem, vt casula fit, rectè assuantur.

Quæ grammata circumquaque simbrijs densis exornata sint.

Vbi verò Albæ sine auriphrygio, seu grammatis adhibentur, amplè ab ima parte circumquaq; pateant cubitos sex decim: sicq; paulò, & latiores, & longiores sint, quàm aliæ grammatis ornatae, vt circumplicatae, ac succinctæ, ad lumbosque reflexæ, rugarum crispaturæ decorem exhibeant.

#### De Cingulo.

**C**ingulum (quæ Zona ab Innocentio III. Pont. appellatur) ex candido lino, vel cannabi tenui sit confectum; longitudine cubitorum circiter septem.

Cuius cinguli capita globulis eiusdem materiae inserantur, filamentorum manipulis appensis, quos floccos dicunt.

Cingulum verò Episcopale, à sinistro latere duplex, vt vocant succinctorium seu succingulum (quò scilicet stola cum cingulo connectitur) habere debet pro ratione mysterij.

De Stola.

**S**tola (quæ item Orarium, & palli-  
linostina à Damaso vocatur) extrinsecus materiae colore cum planeta congruat: intrinsecus autem tenui serico veititur eiusdem coloris item.

Longè cubitis circiter sex, ita vt infra genua producat: latè autem pateat vncijs sex; ab vtraque autem extrema parte sensim latiusculè patens lacinijs, seu frangijs ornatur, quæ longitudine sint vnciarum trium: cui præterea erucis tres annectantur, vna in medio, reliquæ duæ in eius partibus extremis.

Vnaqueq; verò crux paruula sit forma quadrata; quæ ab omni parte vncijs circiter tribus constet.

Stolæ sacerdotali nihil appèdatur: Episcopali verò, & diaconali ab vtraque media eius parte funiculi serici, eodemq; colore, & flocculis laciniatis ornati annectantur, ijque ad illius rectè connectendæ vsum.

#### De Tunicella.

**T**unica Episcopalis, quam Tunicellam dicunt, è serico tenuiter contexta esse debet: paululò angustior, & breuior quàm Dalmatica infra descripta.

#### De Dalmatica.

**D**almatica erucis formam præbere debet, ita vt non recisis manicas, sed ad manum vsq; protensis, iisdemque latè patentibus conueiatur.

Episcopalis amplioribus manicas quàm diaconalis, hæc latioribus quàm subdiaconalis; quæ tunicella vocitata, illas angustiores habere debet.

Ex eadem materia Episcopalis cõstet, quæ Tunicella Episcopalis.

Longa esse potest cubitis duobus, & vncijs sexdecim, atq; eiusmodi, quæ infra genua protendatur vncijs circiter decem; lata verò à summo, seu ab humeris, cubito vno, & vncijs circiter quatuor, ab extremis oris vndiq; patens cubitis circiter quinque, vel amplius, vt eius latitudo cum mysterij significatione conueniat.

Diaconalis verò, & Tunicella subdiaconalis, lineis, seu fasciis coccineis ornatur, à fronte, & à tergo hinc inde à sum-



summo vsque ad imum ductis.  
Auriphrygio preterea insignitur, nepe  
quadrifidus auriphrygio contex-  
tis, inter lineas coccineas illas in extre-  
mitate à tergo, & à fronte asuris.  
Extremities huius vestis omnes, præ-  
ter eam, que circa collum est, simbria cū  
modicis filamentis exornantur.  
Interior autem pars tela eiusdem colo-  
ris tecta sit.

## De Chirothecis Episcopalibus.

Chirothecæ episcopales contextæ  
esse debent, & circulo aureo insi-  
gniter in extrema parte ornata.

## De planeta.

Asula (quæ alij pheloniu, & plane-  
tam et ab ampla latitudine dicitur)  
cubitos tres, & paulò amplius latè patès  
sit, ita, vt ab humeris projecta, compli-  
cationem vnus saltè palmi infra vtrum-  
que humerum recipere possit.

Longè autem cubitos totidem, aut ali-  
quantò longius demissa sit, vt penè ad  
talos vsq; pertineat.

Fasciam item latam vncijs octo ad mi-  
nimum, quæ assuta sit, ab anteriori, &  
posteriori parte vsq; ad extremum de-  
pendentem habeat: cui altera fascia  
transuersalis in summa propè parte, & à  
fronte, & à tergo adiuncta, crucem v-  
trinque exprimat.

## De subbirreto.

Subbirretum mitrale nõ è serico, sed  
spanno laneo fit: idemque forma ro-  
tunda non quadrata.

## De mitra.

Mitra que pretiosior est, è serico  
auro intexto, gemmis, & margari-  
tis, ac usq; opere ornata, Episcopalis di-  
gnitatis splendorem præferat.  
Altera simplex, è tela liui purissimi, ea-  
que tenui, & candida conficitur, colore  
autem albo.

Circulo aureo circumamicta à parte qua  
induitur caput: cornua item duo à sum-  
mo præ se ferens, vnum à fronte, alte-  
rum à tergo: duas etiam lineas in hume-  
ris pendulas habet: quarum extremi-  
tes, seu simbriz lacinijs constant.

De anulo. Anulus Episcopalis ex auro purò  
solidè conflatus, palam habet  
cum gemma pretiosiori, in qua nihil  
sculpti esse debet.

## De Gremiali.

Gremiale longè constat cubitis cir-  
citer duobus, latè cubito vno tan-  
tùm, & vncijs item circiter duodecim;  
intrinsecus tenui serico, eiusdem colo-  
ris vestitum; vndique verò cinctum la-  
ciniarum auro argenteo intextarum  
ornata.

## De Baculo Pastoralis.

Baculus pastoralis, à parte ima præ-  
ma retortus esse debet. Orario, aut sudario non ornatur, si Epi-  
scopalis est: quo insigni Abbatialis ab  
illo distinguitur.

Longitudine recta est cubitorum trium,  
& vnciarum duodecim; pars verò illius  
retorta, totidem vncijs, aut paulò al-  
tius eminet.

A summa rectitudinis parte, est crassitu-  
dine orbiculari vnciarum circiter se-  
ptem: que propè ad imam partem de-  
scendens paulatim diminuatam, vncijs  
quinque constat: in ipsa verò planè ima  
parte, ferro, vel argenteo, aliove metal-  
li genere præacutur.

Pars recta baculi integitur laminis soli-  
dis argenteis nulla celatura ornatis: re-  
torta, laminis item argenteis celatura  
elaboratis, & fabri argentarii iudicio  
inauratis.

Connectitur autem cū illa parte recta  
aliquo celati argenti opere certis locis  
inaurato; quod sexanguli formam exhi-  
bens, sacris imaginibus ornatur.

## De Pluuiiali.

Vestis, que Pluuiialis vocatur, semi-  
circularemque formam exhibet, ad  
imos vsq; talos protenditur, longitudi-  
ne scilicet cubitorum trium, & vnciarum  
circiter sex constans; & pro semicircu-  
li ratione latè patens.

A simbrijs ornatum laciniarum habet:  
à parte solùm anteriori tota ab sum-  
mo ad extremum vsque aperta, hinc  
& in-



Et inde auriphrygio fiteris etiã imagini-  
bus intexto decoratur: à posteriore par-  
te insigne quod capitũ dicitur, breuius  
admodũ laciniis, ornatu verò auriphry-  
giato qui anteriori respondeat.  
A summa verò parte anteriori tantũ  
fibula inconfuta connectitur: intrinse-  
cus autem serico tenui, aut panno bam-  
bacino eiusdem coloris circumuestitur.

De Pectorali.

**P**ectorale (ornamentum scilicet il-  
lud, quo ante pectus pluviale con-  
nectitur) duobus vncinis subiectis, ex  
argento inaurato conflatum esse debet;  
cui lapis aliquis pretiosus inseratur, aut  
sacra imago.

De velo subdiaconali.

**V**elum subdiaconale (fascia scilicet  
illa, quæ subdiacono vsui est ad  
contegendum calicem, cum illum instru-  
ctum in altare deferat) ex velo sit, auro,  
aut argento intextum; à lateribus orna-  
tum fimbrijs; à capitibus etiam filamẽ-  
tis aureis, aut argenteis, aut certè auro,  
& argento admixto.

Longè sit cubitos sex; latè verò patens,  
quanta est veli propria latitudo.

De velis ministerialibus.

**V**ela ministerialia (nempè fasciæ il-  
læ, quæ à collo pendent ministro-  
rum, Mitram, aliave indumenta Episco-  
palia ferentium, vel sustentium) lon-  
gitudine constent cubitorum circiter  
sex; latitudine tam ampla, quanta est te-  
læ quæ confecta sunt.

Confecta autem esse debent è velo can-  
dido bambacino, eoque tenui admo-  
dum, à capitibus filamentis sericis al-  
bis ornata.

De Velo Calicis.

**V**elum Calicis ab omni parte cubi-  
to, & vncijs duodecim, ac paulò  
amplius latè patens sit: ab oris vndique  
opere serico, auro argentove tenuiter  
ornatum.

Pretiosius autem auro, & argento con-  
textum sit, fimbrijs itidem aureis, aut ar-  
genteis adhibitis.

De Calice.

**C**alix ex auro puro, aut si præ facul-  
tatum tenuitate non potest, ex ar-  
gento puro itidem conficiatur, eo-  
que inaurato ab omni parte interiori, &  
exteriori: cuius pes ex aurichalco inau-  
rato permitti potest, si præ inopia ex  
auro argento ve fieri non potest.

Qui pes amplè pro illius magnitudine  
ita pateat, vt firmissimè vbi collocatur  
hærens, cadere non queat: forma autem,  
aut octangula, aut sexangula, aut alia  
eiusmodi sit.

In cuius pedis superficie, imagines appa-  
reant, quæ tamen manũ non impedi-  
ant, aliqua sacra passionis mysteria signifi-  
cantes: nulla expressa sint signa ad orna-  
tum inanem spectantia.

Nodus in medio decorè recteque orna-  
tus, nihil vel minimũ eminentes habeat,  
quo dum calix capitur, incommodè ca-  
piatur, aut digiti, quidquam lædantur,  
præsertim quo tempore in Missæ sacro  
ille indice, & pollice coniunctis manu  
teneatur.

Cupa aliquantulum in fundo angusta,  
sensim vsque ad summum labrorum la-  
tior fiat.

Labrum eiusmodi sit, vt neque extrin-  
secus neque intrinsecus, villo modo re-  
flectatur.

Calix maior, pretiosior scilicet, ex au-  
ro puro, & piarum imaginum cela-  
tura insignioribus, qui ad Missæ sa-  
crum solenniter faciendum adhibeatur,  
amplè in orbem pateat vncias saltem  
octodecim; ab imo autem vsque ad sum-  
mum altitudine sit vnciarum quatuor-  
decim; ampliori verò etiam in eccle-  
sia cathedrali, collegiata, ac parochia-  
li insigni.

Calix minor, qui in Missæ non solen-  
nis sacro vsui est, amplitudine in or-  
bem ducta vnciarum quatuordecim, al-  
titudine duodecim.

De Patena.

**P**atena eodem auri, aut argenti ge-  
nere, quo calix est: quæ si argentea  
est, inaurata vndiq; esse debet, nihil ar-  
tificiosè elaboratum, ac ne circulum qui  
dem circino profundiusculè ductum vll-  
lo modo habeat.



Labrum extremum circulare, ita tenue admodum, vt adiuumentum inde sit ad sacræ hostiæ fragmenta rectè facileq; colligenda.

Illam mediam tenuem concavitatem habeat, quæ amplitudinem labri Calicis ferè adæquet.

Patena maior, & pretiosior, quæ calici grandiori conueniat, amplè in orbè pateat vncias triginta octo, vel amplius pro amplitudine calicis; minor verò triginta duas.

#### De Sacculo Calicis.

**S**acculus Calicis, & Patenæ è lino fit, vel ex cannab; latè tam patens, longèque productus, vt minimè arcè calicem capiat.

Ab altera parte clausus erit, & tota tela quantum lata est, crispata, & in orbiculum conluta, & connexa: aut etiam ita conlatus erit, vt duo anguli fiant, sicut communiter fit; tunc enim transuersus calix in ipsum sacculum constringendus est.

#### De Theca Calicis.

**T**heca lignèa ad calicem itidè vnd cum sacculo condendum comparata, simplici opere, nulloq; profano ornatu ita cõficiatur, vt ad calicem cù patenà capiendum apposita sit: operculo etiam adhibito, quo compressè claudatur: intrinsecus laneo panno, aut holoserico, quem villutum dicimus, extrinsecus corio circumuestiatur.

Cui etiam linea, siue cingulum ex corio ad eam gestandam insertum adhibeatur.

#### De Corporali.

**C**orporale è tela lineæ pura, & candida fit, ac simplex item; nihilque elaboratum, & nihil sericum intextum habeat; ab oris autem acus opere simplici punctim solum retortum fit.

Longè autem vncias triginta ad minus pateat, latè totidem; ita verò complicatum, vt nulla eius extremitas appareat. In Cathedrali, & Collegiatis aliqua corporalia esse debent ampliora pro altaris maioris amplitudine.

#### De Sacculo Corporalis.

**S**acculus corporalis à fronte fit cruce, vel alia sacræ imagine in medio intexta; à tergo etiam ex eadem materia, & colore: intrinsecus verò subserico, aut tela tenui candida circumuestitus: latè verò vndiq; pateat circiter dimidio cubito, vel paulò amplius.

Ab oris verò inferantur funiculi serici cum globulo, quo adstrictus claudatur.

#### De Purificatorio.

**P**urificatorium è tela non crassa admodum, neq; tenui nimis, & simplici acus opere confectum, latitudine fit vnciarum circiter octodecim ad minimū, longitudine totidem, nec verò minus. Cui purificatorio crux paruula in medio acu appingatur.

#### De Hamulis.

**H**amule, non ex argento, stanneo, aurichalco, aliove metalli genere, sed è crystallo pellucido non picto; & deniq; ab omni parte sordibus pure, & suo quæque operculo stanneo argenteo aptè contactæ: pretiosiores autem aureo.

#### De Pellicula.

**P**ellicula hamularum è stanneo britannico puriori fit; pretiosior auro, aut argento saltem: opere autem cælato piam speciem exprimente: fundo intrinsecus constet lato, ac plano, neque elaborato, quò firmius hamulæ impostæ hæreant.

#### De Missali.

**M**issale, opere librario benè firmiterq; compactum, & conglutinatum, tenuioribus tabellis scetilibus corio intectis operiatur.

In quo corio nihil profani elaboratum impressum ve extet, sed crucis insigne, aliave sancti pia imago.

Ad Missalis autem ornatum folia inaurata existant.

Pretiosius porrò, & operimento præterea coriaceo inaurato, & forma ampliori constet, tum literis etiam insignioribus impressum.

De



De Signaculo Missalis.

**S**ignaculum Missalis, cornu transfuersale vnde funiculi pendent, habeat è sericis filamentis confectum, atque ita latum, vt eiusdem Missalis crassitudinem adæquet.

Funiculos verò sericos duodenos, colore diuerso distinctos pro officij ratione atque vsu: ac longè ita ductos, vt Missalis longitudinem vix quinque vncijs excedant.

Pretiosius verò signaculum è cornu transfuersali confect, quod solidum aurum, aut argentum sit, idq; inauratum.

De Integumento Missalis.

**I**ntegumentum Missalis ita longè ductum sit, vt ab ima parte etiam reflexum, octo vncijs superet coriaceum Missalis operimentum: à summa verò nihil omnino extet.

Latè præterea patens, vt ab vtroq; latere intrinsecus reflecti cõmodè queat. Subuestiatur tela lineæ, aut bombycina, præter partem, quæ infra pendens, eodem panno reflexo ornatur.

Huius integumentum extremitates, quæ Missale à lateribus, & à capite circumdant, lineæ sericæ opere textili, quæ verò ab ima parte, lacinijs sericis ornantur.

Pretiosius autem integumentum habeat extremitatum ornatum, & lineæ, & lacinijs, auro argenteve intextis insigniorem.

De Puluinari Missalis.

**P**uluar, quod Missali libro supponitur, plenum sit non pluma, non tomento lanave concisa, sed lana solida, pilisve ceruinis.

Longè patens cubito, & paulò amplius; latè vncijs circiter decem, & octo; ornatum ab vnoquoque angulo laciniatis fibulis; confutum simplici opere: sed partes extremæ confutæ integantur ornamento eiusdem generis, & coloris.

Cui puluinari nihil aliud, ac ne scabellum quidem subiiciatur; nisi cum sacerdoti oculorum aspectu laboranti opus est ad Missale altius tollendum.

Porrò scabellum puluinari aliquantò

angustius, vtrinq; quatuor baculis transfuersaliter inter se exigua linea lignea in medio connexis firmatur.

De Instrumento candelæ sustinendæ ad officiorum Pontificalium vsum.

**I**nstrumentum quod vsui est sustinendæ per cappellanum candelæ in Missis officijsq; pontificalibus, ex argento; pretiosius ex auro, aut argento inaurato fiat: manubrio longitudinis vnciarum quindecim, & à summa parte orbiculo confect, cui mediâ intus lunala infixa inhæreat ad candelæ imponendæ vsum.

De Thuribulo, Acerra, & Cochleari.

**T**huribulum, acerra, & cochleare, ex aurichalco singula sint artificiosè cælata atque ornata periti artificis iudicio.

Pretiosiora autem ex argento, aut ex auro, vbi per facultates fieri possunt.

Quod sanè thuribulum, cum quadruplici catenula, & operculo eiusdem metalli, vbi ritu Romano fit; at Ambrosiano more, cum catenula triplici, sineque operculo adhibetur.

Longitudo porrò catenularum sit cubitorum duorum, & vnciarum circiter duodecim.

De vestitu Sedis Episcopalis.

**S**edes Episcopalis, vt ex patrum instituto collocatur loco conspicuo atque illustri; ita vestitū decenti pro solemnitatibus ratione ornari debet.

Porrò vestitus eius sit è pannis sericis rasis, non villosis, nec auro argenteve intextis.

Illius gradus tapetibus pannisve lineis sternuntur.

De Scabellis assistentium Episcopo.

**S**cabella ministrorum Episcopo assistentium, è tabellis sectilibus populeis, abieginisve constent; cubito, aut paulò amplius altè constructa; tum forma quadrata, quò firmiter hereant; decore præterea picta.

De



**De Faldistorio.**  
**F**aldistorium, non amplum, neque alte extructum, vt sedes cathedraeque Episcopalis, sed longè depressius esse debet: nec præterea à tergo, neque à lateribus quidquam habeat, quo sedens Episcopus nitatur.

Ex quaternis lignis nuceis, binis scilicet ab anteriori, totidemq; à posteriori parte inauratis, laminarum argentearum tegmine ornatis, ipsæque singulis ab omni laterali angulo formam capitis leonini paululum prominentis in summo exhibitibus, decorè, aptè, firmiterq; constans, sedile coriaceum habeat solidum; idemq; non pluma, sed tomento pilisve minutim concisis plenum.

**De Integumento Faldistorij.**  
**I**ntegumentum faldistorij subuestitum esse debet tela bombycina. Ita verò dissectum, vt sedili tantum inherens, à reliquis partibus vsque in pavementum defluat.

**De Paluinariis Faldistorij.**  
**P**aluinaria faldistorij, vnum genuflexionis, alterum sessionis vsui, è serico villosò constent. Eorum longitudo sesquicubitalis erit, latitudo porrò cubitalis.

**De Abaco, & cæteris.**  
**A**bacus (mensa scilicet illa, in qua vasa magna ex auro argento ve costata, ad ornatum insignia, & rei diuinæ necessaria, ac vestimenta quedam, Mitraeque, atque alia id generis exponuntur) è talibus sectilibus populæis, abieginisve politè confecta, longè pateat cubitis quinque, paulo ve amplius pro Ecclesiæ magnitudine, choriveneratione; late cubitis duobus, & vncijs duodecim: alteque item extruatur cubitis, & vncijs totidem.

À tergo autem gradibus duobus pluriusve constet pro vasorum ratione. Suffulciatur porrò binis ternisve tripodibus querneis, aut nuceis, ad sustentationis firmitudinem. Abaci mappa è lino pretiosiori bissove eleganter contexta, ita vndiq; pateat, vt à fronte, & à lateribus ad pavementum

tum vsq; pertingat: tum à tergo si fieri potest, abaci gradus aptè contegat.

Si minus, altera eiusdem generis adhibenda est, qua gradus steruantur.

Vasa item ad abaci ornatum in gradibus exposita, ampullari forma sint, puta in vasis sacrorum oleorum consecrationi dicatis demonstratur infra suo loco altitudine cubitali, aut paulò maiori constent.

Quæ verò in medio collocantur, aliquantò altiora esse debent. Ex auro præterea, aut ex argento conflentur, in quibus profana calatura nulla extet, sed pia, ac religiosa.

Pelues aquariæ, seu bacilia, quos fontes appellant, ex eodem etiam metallo, eademq; celatura, tum amplitudine sesquicubitali per diametrum ducta.

Vrcei eiusdem item calaturæ, metalli, ac magnitudinis præterea cum peluibus aquariis conuenientis decorè.

**De linteo ad vsu abstergendi manus.**

**L**inteum quod manibus abstergendis in Missæ sacro vsui est, ex lino tenui contextum, longitudine bicubitali, latitudine verò sesquicubitali constet: tum præterea vno, & altero capite ornatum ladinis, & filamentis eiusdem materiæ, & ab extremitatibus lateralibus acus opere simplici punctim retortum sit.

At illud quod Missæ Episcopalis vsui erit, cum è lino pretiosiori, tum amplitudine maiori, atque ornatu insigniori existere debet.

**De Libris, Lectionario, Epistolario, & Evangelistario, eorumq; integumentis.**

**H**ii libri, nempe Lectionarius, Epistolarius, & Evangelistarius, & Characteribus literarum insigniores, & opere librario benè compacti cõguntative, & decorè, firmiterque operati sint ad diuturnitatis vsu, tum ita ornati, vt de Missali demonstratum est.

Ad ornatum præterea illud pie accommodatum esset, si sacræ mysteriorum imagines in ijs libris certo loco impressæ, minio, & auro expolirentur.

Inte-



Integumentum porro eorum librorum tale esse debet, quale integumentum Missalis demonstrauimus.

De Integumento Lectorilium, & ambonis.

**I**ntegumentum Lectorilis statarij longè preteritur ferè vsque ad pavementum: latè patet vt lectorilis structura: à parte in qua libri apposti hærent, corio vestitur.

Integumentum lectorilis gestatorij, latum vt est pannus quo vestitur; longum ad pavementum vsque.

Suggesti ambonis ve integumentum, longitudine esse debet, quæ est ipsius suggesti opus; latitudine, quæ vndique illud totum complectatur.

De vase gestatorio aquæ benedictæ.

**V**as gestatorium aquæ benedictæ, vsui officiorum Episcopaliū accommodatum, ex argento, eoque certis partibus inaurato confectum, piè etiam alicuius calaturæ speciem præbeat.

Ex eodem item metallo, non inaurato tamen, eodemq; piè opere calatum adhibeatur in ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus itè, ceterisq; aliqua ratione insignibus: at ex ære, aut aurichalco conflatum, in ecclesijs cœnibus tenuitate laborantibus permittitur.

De panno ad abstergendum caput baptizati.

**P**annus, seu sabarium, quod ad baptizati caput abstergendum adhibetur, è tela byssina, quod pretiosius vsui ministerij Episcopalis est, constare debet; è tela verò lineæ, quod ab alijs adhibebitur.

Erit verò circumquaque aptè decorèq; fimbriatum è tela vel byssina, vel lintea. Longitudine erit cubitorum trium; latitudine verò tanta, quanta est telæ è qua constat latitudo.

De vasis sacrorum Oleorum.

**V**asa Basilicæ cathedralis, in quibus sacra olea conficiuntur, ex argen-

to, aut saltem è stanno Britannico, eoq; puro & pretiosiori consistunt.

Forma ampullari sint: quæ ventre amplo & turgido confecta, à summo vsque ad collum sensim orbiculari accliuitate sine vilo calaturæ opere ascendenti, ore hianti patuloque extent, ab extremo in angustum paulatim vsque ad pedem deducta, opere sphericali concludantur: cui pes à summa parte angustè, ab imo latius patens firmissimè hæreat.

Geminis ansis consistent: quæ calaturæ speciem in ea parte exhibeant, in quæ cum vasibus annectuntur.

Operimento integantur semisphericali, quod in fastigio paruulam crucem affixam habeat, ita autem annexum, vt à fibula argentea stanneave qua annectitur, totum à tergo pendeat; vt ne eo elato, Episcopi consecrantis manus in crucibus super oleis conficiendis impediantur.

A fronte aptè ac firmiter in superiori propè ventris parte paruulus tubus agglutinatus hæreat, vnde oleum defluat. Isq; eiusmodi sit, qui ab imo patulus, sensim angustè ascendens, pari cum vasis altitudine, & à summo paululum incuruus ore angustiori extet.

Vasa tria præscripta forma conficiantur; vnum in quo sacri chrismatæ, alterum in quo sacra extremæ vntionis, tertium in quo catechumenorum oleum consecratur.

Singula vasa distincta sint inscriptione, literis grandiusculis inauratis expressa. Singula autem vasa olei, magnitudine sint, quæ cum Basilicæ cathedralis ratione conueniat: sed eiusmodi tamen, quæ in consecrationis ministerio commode & gestari, & tractari possint.

De velis vasorum sacri olei.

**V**ela (quæ superiora tria vasa triplicis sacri olei contegant, cum illud die Cœnæ Domini conficitur) longitudine circiter cubitali sint; latitudine quanta est veli; illudque vasis chrismatæ è serico albo, reliqua duo ex rubro.



## De vasculis ministratorijs.

**V**ascula ministratoria interdum sunt, quot vasa sacrorum oleorum, inscriptionibus etiam distincta, eadē forma, ē stanno aut argento itidem, nec verò ē vitro confecta; eaq; longē angustiora; quæ olei pondō, minora duo tantum capiant; à tergo solum ansata.

## De Forfice ad vsum sacre ordinationis.

**F**orfex ex ferro, ac certis locis inaurato confatus, vnciarum duodecim longitudine constet.

## De Peluicula ad varia ministeria Episcopalia.

**P**eluicula vsui variorum Episcopaliū ministeriorum, ex argento confata, profunda concavitate constet, tum amplitudine sit vnciarū duodecim per diametrum ducta.

## De Libro exorcismorum.

**H**ic Liber exorcismorum, vt ceteri libri ecclesiastici, opere librario decenter confectus, operimento tegatur, quod supra alijs voluminibus præscriptum est.

## De Cereostatis.

**C**ereostata seu cereoferaria artificiosè tornata sint, auro, aut coloribus decorē obducta in superiori parte qua cereus infigitur. Eorum orbis, ex charta ferrea, idest tola congruenter pateat, extremitate sursum reflexa, ad guttas capiendas quæ ex cereo defluunt.

Alterius verò generis cereoferaria, quas cancellas appellant, infra ex ligno tornatili sint, supra verò quadrifariam secto, & ad cereos excipiendos apto; ornata verò vt alia.

## De Operculis.

**O**percula ex tenui charta ferrea fiant, quæ infra patulo circuitu

sint, supra in acūmen desinant: baculis aptè inferantur, vt per eos cerei quamuis altè positi extingui à ministris possint; hæc aliqua maiora ad vsum maiorum, aliqua verò minora ad minorum vsum conficiantur.

## De Labaro, seu Vexillo.

**V**exillum Sancti patroni vrbs, & opere, & materia, & ornatu insignius sit quam parochiale, tum amplitudine præterea maiori, quæ formam ferè quadratam exhibeat.

Vexillum verò parochiale (quod sparum aut sanon ecclesiastico nomine vocatur) ē tela auro argento ve intexta, vel è serico firmiter contexto sit.

Longè pateat cubitis tribus & dimidio, lateque totidem, ita vt formæ quadratæ speciem præbeat.

Qua forma insigne illud augustissimumque Constantini Imperatoris vexillum, quod Romani labarum dicunt, cruce pretiosa, cuius imago coelitus apparuit, intextum fuisse ex antiquis monumentis constat.

Porro è materia longè pretiosiori fiat, vbi præ parochialis vicinix facultatibus potest.

Imagine effigie ve Sancti, aut Sanctæ, cuius nomine ecclesia parochialis nuncupatur, depictum, ornatum, aut contextum sit.

Colore præterea, quem sancti sanctæve cuius vexillum præfertur, imago pro ecclesiæ ritu deposcit.

Vndiq; cinctum ornatu laciniarum eiusdem coloris cuius vexillum est, permixtis etiam filis argento aurove intextis. Appensum præfertur ex hastili ligneo, eoq; solido; cui à summa parte erux parua quadrata præfigitur.

Hastile autem vexillo longius sit cubitis circiter duobus: colore item quo vexillum.

Vexillum verò, quod dum foemina in supplicationibus publicis procedunt, pro parochialis vicinix distinctione præferunt, & materia, & colore, & imagine, & ornatu sit vt illud supra descriptum: at latè longeq; constans vno tantum cubito, & hastili breui ac tenui



quæ item crux parvula in summo affigatur.

De Crotalis lignis.

**C**rotala lignea, quæ ex usu ecclesiæ in hebdomadæ sanctæ tenebris adhibentur, ex tabula scætili nucæ, quæ neave fiant: longitudine verò sesquicubitali, & latitudine cubitali consent.

A summo habeant foramen per quod manus inferatur, lamina fereæ munitum; tum præterea laminas quatuor quinqueve ab utraque parte affixas ex ære seu ferro, vel totidem pilas ex ligno rotundas sive appensas, sonum ex percussione reddentes.

De stragulo sedilis sacerdotis.

**S**tragulum sedilis, in quo sacerdos Missæ sacrum solenniter faciens confidet, è panno laneo, aut serico raso in Basilicis insignioribus.

Ita verò latè longèq; pateat, ut à tergo etiam sedile contegens, capite celebrantis paulò altius extet, & infra ad pavementum vsque propè pertineat.

De Aulæis.

**A**ulæa in ornanda Ecclesia, siue ex corio, siue ex lana consent, ne profanis imaginibus humanis, aut belluarum picturis; sed religiosis pijsq; figuris mysterij sacri historiam significantibus contexta sint: & ijs potissimum, quæ Christi Domini, vel Sancti cuius nomine ecclesia capellave nuncupatur, res gestas exprimunt.

De Lectorilibus.

**L**ectorilium generatim duo; alterum sit, posita columella lignea, aut aliquo alio apto fulcimento cum basi cõgruente & decora, aut etiam armario exstructo pro recondendis libris ad usum chori: supra quod fulcimentum tabula lata & longa, quantum satis sit ad capiendum apertos libros, declivè positura collocatur.

Aut verò sit tanquam duplicis faciei, ut

ab utraque, tabulæ quæ superne in culmen coeant, duobus libris imponendis locum præbeant: è nucæo ligno erit artificiosè exculto, & alio etiam præsertim picto aut inaurato.

Alterum gestatorium magis est, & duplex: cuius partes sunt ex longis & angustis asserculis confectæ: per clauum in utraque media parte fixum quo coniunguntur, in vnum coeunt cum tollitue & gestatur: & cum ponitur ad lectonem, supra & infra deducuntur, supra verò corio utrinque affixo tenentur ad libros capiendos aptè composito.

Huius quoque ligna ornatum & artificium desiderant.

Hac eadem forma alia etiam lectorilia sunt: nisi quòd plicatilia, ut ita dicantur, non sunt: & loco corij lignis tenentur in superiori parte.

Lectorilium integumentis circumstantur sericæ lineæ cum filamentis suis; ab utroque quidem capite per vncias tres prolixis; ab alijs autem partibus, brevioribus & modicis, telâq; subter tecta sint: ita longa verò, ut utrinque ad terram vsque demittantur: lata paulò magis quàm ipsa lectorilia.

De libris, seu voluminibus ecclesiasticis.

**V**olumina diuinorum officiorum vsui addita, utpotè Breuiaria, Lectoria, & alia id generis in priori huius libri parte enumerata, planè eiusmodi sint, quale Missale paulò ante demonstrauimus.

De Conopæo.

**C**onopæum Tabernaculi sanctissimæ Eucharistiæ, in ecclesijs ritu Romano, è serico auro argenteo intexto, vulgò brocato, vel è tela argentea aureave, aut saltem è serico simplici coloris albi.

In ecclesijs ritu Ambrosiano vtentibus, ex eadem materia, at rubri coloris.

Amplè vndique pateat pro tabernaculi maioris amplitudine; ita ut à summa parte crispatum, in fimbrij, etiam non angustè sed longè latius decenter respondeat.

Bb a Habcat



Habeat verò vt moris est, ab extremis partibus ornatum laciniarum decorè contextarum.

Conopœum verò baptisterij è serico albo sit, vel saltem (in ecclesijs scilicet, quarum census tenuis est) è tela lineâ tenuis; amplitudine autem & ornatu vt supra.

Appendatur & annectatur in ciborij summitate cruci subiecta.

#### De Tabernaculo paruulo sanctissimæ Eucharistiæ.

**T**abernaculum paruulum sanctissimæ Eucharistiæ, sit ex auro, aut argento puro, eoque certis locis inaurato; aut saltem ex aurichalco constare debet, quod auri puri specie benè integatur.

Forma rotunda sit, & altitudine cubitali, aut maiori minorive pro tabernaculi magnitudine: amplitudine, quæ hostiam amplam commodè capiat.

Distingui debet certis spatijs intra columellas inreiectis: quæ columella ornate fabrefactæ, non impares (nè sacræ hostiæ prospectum à latere impari impediant) sed pares, nempe quatuor, aut sex, aut octo esse possunt: quæ si octo, binæ collocentur.

A summa parte columellarum existere debet ornatus è zophoro corinthio (quod opus fregio vocant) & coronicibus constans: ita vt in eo tabernaculi fastigium s. misphærale aut pyramidale nitatur, ad unctis in ima parte fastigij duabus fibulis, siue vncis, quibus fastigium cum zophoro connectatur, affixa in summo paruula cruce quadrata, aut imagine Christi Dni crucifixi, vel resurgentis.

Pes, quo tabernaculum huiusmodi sustentatur, in orbem latiusculè ductus, forma sexangula vel octangula sit, quò firmiter & decentius hæreat.

Nodus in medio decorè recteque ornatus, nihil vel minimum emines habeat, quo dum capitur, incommodè capiatur, aut digiti quidquam lædantur.

A parte inferiori tabernaculi, lamina orbicularis omnino argentea atque inaurata pro illius magnitudine esse debet: quæ sensim à lateribus indeq; cir-

cum in labijs emineas, fundum confectuat; atque eiusmodi, vt cum vsu venerit, amoueri queat.

In cuius laminæ, fundiue superiori parte, media affigi debet parua lunula aurea; vel saltem argentea inaurata duplex: quæ breui tenuique suffulcimentò sustentata, à fundo paululum extet; tantulo præterea spatio diuisa, quantum sacræ hostiæ crassitudo capit: eo item fabrili opere confecta, vt vna alteri in sustentaculo firmiter apteq; inserta, aliquando disungi possit: quò accuratius, si quæ fragmenta hostiæ sacræ in paruulo illius medio spatio remanserint, colligantur.

A parte autem inferiori lamina hæc paruulo, tenuiq; tubo transversali constet; per quem spinula argentea ducta, eam laminam firmiter cum tabernaculo planè connectat.

Tabernaculo ita constructo, vas forma orbiculari illius magnitudini aptè conueniens, à summa parte clausum & solidum, ab ima verò apertum, è crystallo, aut è vitro pellucido pretiosiori apparari debet: quod intra ipsas tabernaculi columellas inseratur: vnde sacræ hostiæ prospectus esse possit.

#### De Pixide.

**P**ixis, quæ ad sanctissimam Eucharistiæ custodiendam adhibetur, ex auro, aut ex argento puro saltem, eoque inaurato fieri debet.

Quæ pixis cum ex argento sit, si minus ab interiori & exteriori parte auro non illinitur, saltem ab interiori parte illinitur.

Cuius pes, vt manu sicillè, firmiterq; capi queat, altitudine sit sex vnciarum.

Nodus in medio decorè, recteque ornatus, nihil vel minimum emines habeat, quo dum pixis capitur, incommodè capiatur, aut digiti quidquam lædantur; præsertim quo tempore inter Missæ sacræ populo sanctissima Eucharistia ministratur, & illa indice & pollice coniectis manu tenetur.

Vas seu cuppa, forma rotunda aut ovata profunda sit, & decenter pro profunditatis ratione ampla, in fundoque



medio paululum aliquid habeat, quod in orbem tenuiter emineat.

In summa pixide circulus tenuis à labro minimum distans insit, cui in orbem prominenti operculum innitatur.

Pixidis operculum forma itidem rotunda sit vel ouata, quæ respondeat formæ pixidis, quod in medio instar ferè pyramidis extet: ab vno & altero item laterè paruulos tenuesque vncinos habeat, quibus in circulo ante includatur.

In eius summo crux paruula, aut imago Christi crucifixi, vel resurgentis infixæ hæreat.

Vbi præ inopia aliud non potest, Episcopi iudicio, operculum, & pixis ex aurichalco aut stamno inaurato esse poterit.

De sacculo Pixidis.

Sacculus in quem pixis includatur, cum sacra Eucharistia per loca montuosa, præruptosque colles via difficili defertur, è serico villosò, beneque contexto sit, colore autem albo ritu Romano, sed rubro more Ambrosiano.

Intrinsicus circumuestitus tela bambacina, eiusdem coloris vt est sacculus.

Altior paulò sit pixide quæ includitur. Fundum habeat firmiter confutum, benè crispatum, non quadratum, sed rotundum instar rose.

A summa parte funiculos sericos, eosque solidos certis foraminibus ita insertos habeat, vt cum ducuntur, sacculi os adstrictum benè cohæreat.

Qui funiculi ita oblongi sint, vt cum vsu venerit, illis collo appositis pixis inde pendeat.

De velis Pixidis.

Vela pixidi aut tabernaculo minori adhibenda, auro, aut argento sint contexta; vel quod magis laudabile esset, aurea, aut argentea, simbrijs circumquaque ex eadem materia adhibitis.

Eiusdem verò mensuræ cum ijs velis erunt, quæ calicibus adhibenda præscriptimus, vel maiora pro pixidis magnitudine.

Vela maiora ad sanctissimæ Eucharistia deferendæ vsum auro pariter aut

argento intexta, aut si quis velit, etiam aurea aut argentea, lata sint vt veli tela, longa cubitis sex.

De Umbellis.

Umbellæ, vna scilicet ad sacra Eucharistia contegendæ, altera ad insigniorum processionum officium vsui, è serico aut panno, auro argento ve intexto sint.

Umbella autem minus pretiosa è panno subserico, vel saltem è zambello con fici poterit.

A superiori parte contextæ sint tela bambacina: vndique verò ornatum habeat duplicium fasciarum, quæ duodecim circiter vncijs longè pendeant: ijsque fascijs consuetæ sint ab omni parte simbriæ filamentis satis prolixis.

Porro inter vtramque fasciam hastile inferatur: quod panno adaptatum & annexum, rectè extendat latera umbellæ.

Cuius umbellæ lateribus singulis, hastilia picta paribus inter se spatijs disposita, quibus illa tolli & gestari possit, quatuor plurave, pro eiusdem umbellæ magnitudine supponantur.

Sint verò umbellæ rubri coloris, vbi ritus Ambrosianus est, at vbi Romanus, albi.

Tertia umbella, quæ adhibenda est, vbi sæpè per semitas & angustos tramites sanctissima Eucharistia fertur, eiusmodi sit, quæ in orbem ducta, ac nonnihil fastigiata, latè per diametrum pateat cubitis circiter tribus: fasciola præterea circumdetur, quæ ex eadem materia constans, filamentis appensis circulatione pendeat.

Sustinetur verò hastili vno, à cuius summo capite, tanquam à centro quodam, radij quidam lignei exeuntes umbellam vndique fulciant.

Sit porro hoc hastile in media parte ita flexum, vt cum ab eo qui post sacerdotem incedit, sustineatur, in ipsius tamen sacerdos caput amplè diffundatur.

De Laternis.

Laternæ ad sanctissimi Sacramenti ferendi vsum comparètur quatuor:

Bb 3 quæ



quæ ex ligno inaurato pictove, aut ex tenuissima saltem lamina ferrea consistent: in ijsque fenestellæ aptè dispositæ cornu pellucido clausæ existant; ferumq; præterea intrinsecus promineat, cereis inferendis infigendisve accommodatum.

Vt autem altè præferantur, hastilibus longitudine quatuor cubitorum firmiter infixæ hæreant.

#### De Cereostatis breuioribus.

**C**ereostata breuiora, quæ vsui esse possint sacre Eucharistiæ associandæ, ea forma apparari debent quæ cereoferarijs longioribus præscripta est: at hæc breuiora esse debent: vt cum vsu venerit, cereis insertis possint manibus gestari.

Colore vel rubro, vel albo, prout ecclesiæ more vti Romano, aut Ambrosiano.

#### De Mappis ad vsum sacre communionis.

**M**appæ, quibus scabella oblôga ad sacre cõmunionis in ecclesiâ ministrandæ vsum parata sternuntur, latæ sint non minus cubitis duobus: longè vero, vt est scabellorum longitudo.

Mappulæ autem breuioribus, quæ ad eum vsum parantur, cum in ecclesiâ, vel ægrotis sacra Eucharistia ministratur, confectæ sint puro & tenui texturæ opere: longè pateant cubitos tres. latè circiter duos: ac ne extremitates quidem simbricata habeant, præter capita, quæ certe exornari conuenit.

#### De Scabellis oblongis.

**S**cabella oblonga, quæ vsui sacre cõmunionis fidelibus in ecclesiâ præbendæ sunt, altitudine consistunt cubitorum circiter duorum, latitudine vnciarum sexdecim: sintq; condecenter dolata.

#### De Vasis Purificationis.

**V**asa ad purificationis vsum parata, caueatur, nè si aurea aut argentea sint, calicis formam exhibeant; neque

verò similia item cyathis vinarijs: è crystallo saltem conficiantur.

Oenophora è stanno parentur, ita ampla, quæ purificationis vinum contineant: vrcei item minores.

#### De Cruce ad ægrotos ferenda.

**C**ruce quæ ad ægros fertur, ex auro, argentove, aut aurichalco, è ligno picto inauratoq; præclarè cõfecta, eiusmodi sit, in qua Christi Domini imago decorè expressa pietatem excitet.

#### De Tabella gestatoria pacis.

**T**abella gestatoria pacis, quæ pretiosior est, ex auro, vel argento; minus pretiosa, ex aurichalco conflata, aliquoq; præ cælaturæ ornatu insignis, imaginem pietatis condecenter egregieq; expressam exhibeat: latitudine consistet vnciarum octo, longitudine duodecim circiter; à tergo manubriū habeat eiusdem metalli.

#### De Superpelliceo.

**S**uperpelliceum è tela lini, aut cannapari puri sit, eaq; non rudi sed candida, non crassiori sed tenui potius.

Manicis ita oblongis, vt crispatæ vsque ad digitos summos pertingant; quæ esse possent cubitis circiter duobus vel circa; latè autem patentibus in orbem cubitos circiter quatuor.

In ipso ore forma rotunda potius quam quadrata: latum pro capitis crassitudine.

A pectore nullo modo scissum, aut dissectum.

Longè ductum infra genua, atque adeo ferè vsque ad crura media.

Latè pateat ab extremis oris in ambitu cubitis circiter tredecim vel circa, ab humeris cubitis octo circiter, ita vt aptè consutum & crispatum decenter appareat, pro humerorum latitudine, corporisve crassitudine.

A nulla parte neque nimis, neque affectata artificiosi operis elegantia elaboratum, ab humeris præsertim non specioso artificij ornatum.

De



De vasis instrumentis que in sacristia reconduntur.

**V**As ad vsum aque benedicende paratur, quod non luteum, non testaceum, fictileve sit; sed æreum, stannoque intrinsecus illitum; binis ansis, & ore patenti, ampleque constans, fundo item paulò quàm os angustiori; ita tamen, ut firmiter vas hegere possit.

Pollubrum, vas scilicet lauandis manibus sacerdotis, & vasculum item aquæ infundende aptum, cum is extra Missæ sacrum aliqua sacra ministeria obit, condecenti congruentique; inter se opere sint, ac magnitudine: ex argento autem constentur, aut saltem è stanno pretiosiori; tum pie alicuius celature, aut incrustationis ornatu constent.

Mantilia grandiora (que præter ea que in sacristia appendenda sunt, ad abstergendas manus extra altaris vsum parari debent) filo non crasso nimis intexta, & ab omni parte condecenter exornata sint, tum ab utroque etiam capite filamentis adiunctis.

Longè pateant cubitis tribus; latè verò, quanta sanè est telæ latitudo.

De Vasculis sacrorum oleorum in Plebana ecclesia.

**V**ascula sacrorum oleorum vsui Plebanæ ecclesiæ, grandia sint pro ecclesiarum, quibus distribuenda sunt, numero.

Que vascula argentea sint, aut saltem è stanno pretiosiori, literis ut infra inter se distincta: quibus singula sacra olea internoscantur.

Instar phialæ sint, operculoque duplici integantur; vno quod in os vasis infertur, altero quo vasis collum extrinsecus tegatur: quod utrunque in gyrum oblique torquetur: ut ijs ita firmiter operatis, oleum sacrum effundi nequeat.

Capsulam habeat, que seruandis portari disque sacrorum oleorum vasculis vsui sit, cum ad ea ab ecclesia cathedrali accipienda stato paschæ tempore mittetur. Ea capsula è ligno sit, in tresque partes distincta; ut in singulis partibus vnumquodque sacri olei vasculum cum bam-

bacio aptè collocetur.

Corio decenti vndique pro integumento muniatur; ornatuque serico rubro intrinsecus circumuestiatur.

Operculum habeat eiusmodi, quod extrinsecus planum non sit, sed forma paulò eminentiori.

Clauæ & serra ita claudatur, ut cum ad accipienda sacra olea portatur aperta tradita, possit à cathedralis ecclesiæ ministro, postquam is olea tradiderit, claudè digito paululum à superiori eius parte presso: nec aperiri subinde alia clauæ queat, quàm illa ipsa, que apud Prepositum asseruatur.

De Vasis sacrorum oleorum in Parochiali Ecclesia.

**V**ascula Parochialis ecclesiæ ad vsum sacra olea seruandi, vbi præinopia ex argento fieri non possunt, è stanno puro, eoque nobiliori fient: tum perpolita mundaque; omnino sint.

Tria autem parentur, forma rotunda, atque eiusmodi, que inter se nulla planè dissimilitudine sint: atque sic quidem aptè coagmentata coniuncta ve, ut trianguli figuram exhibeant.

Is omnibus vasculis simul contegendis operculum vnum solidum adhibeatur, ita confectum, ut & paululum vasculorum contegendo vndique capiat, & cum illa operiuntur, hoc non disiungatur; sed in vna parte solum hebeat; totumque vasculorum opus operiatur.

Id operculum, et si totum solidum vnumque est; triplici tamen circulo distinctum, triplicique; concavitate ab interiori parte constans, rursus ab exteriori paululum eminens (que concavitas vsui sit ad reponendum bambacium, quo sacrum oleum operatum est, cum illud postea ad ministerium adhibetur) & intrinsecus & extrinsecus in vnoquoque circulo literas aperte expressas habeat, quibus vniuscuiusque sacri olei vasculum distinctè internoscatur.

In primo vasculo sacrum oleum chris-matis asseruetur.

In altero oleum catechumenorum.

Operculum vasculi sacri chris-matis insculpitur his literis, C H R.

Bb 4 Alterum



Alterum quo vasculum olei catechumenorum insculpitur, CATH.

In tertio vase, alterum vasculum quod minusculum sit, ex argento, aut stanno, aut è salice inferatur, operculo contentum.

In hoc ipso vasculo sal asseruetur, vt cū sal renouari opus est, hoc exiguum vasculum inde tutò depromatur, ac periculū euitetur sacri olei effundendi, aut sale permiscendi.

Cotyla præterea, quam scatulam dicunt, è nuce aliave materia solida opere tornatili cum operculo fiat, totaq; corio contegatur; cuius operculum corio item intectum, ornatu aliquo impresso atque inaurato decoretur.

Tum scatula & operculum à parte interiori aliquo ornamento serico albo vestiantur.

Quæ ita confecta sit, vt paulò depressior sit quàm vasculi altitudo, quò facilius aperiat, neque necesse sit inde depromi.

Sacculus è serico confectus sit albo colore: si quando vsu venerit in locis montuosis facultate ab Episcopo data baptismum ministrari in alia ecclesia, quàm in Parochiali quæ remotior sit.

#### De vasculo extremæ vnctionis.

Vasculum sacri olei extremæ vnctionis ex argento aut stanno pretiosiori sit, idq; à reliquis sacrorum oleorum vasculis separatum.

Cui operculum in medio paulisper concavum affixum ita sit, vt cum vasculum aperietur, non disiungatur.

Eius inscriptio hæc sit, EXT. VNC. Ad hoc vasculum asseruandum scatula item vt supra adhibeatur.

Sacculus item sericus coloris violacei cuius forma sit eadem, quæ sacculo prescripto vasis chrisimatis, & sacri olei catechumenorum constituta est.

Fundum habeat forma non quadrata, sed rotunda instar paruae rosæ; cordula item sic oblongas, vt parochiano marumve curatori vsui esse possint ad vasculum collo appendendum.

De vase ad aquam baptismalem ferendam accommodato.

VT certum vasculum sit, quo & in vrbe è cathedrali, & in diocesi è præpositurali plebana ecclesia in Sabato sancto, vigiliaque Pentecostes ad vnquamque parochialem ecclesiam aqua baptismalis asseratur; parochi singuli phialam paruulam ex argento aut è stanno pretiosiori, dedita opera confectam, sibi comparent, quæ huic solùm, neque alij præterea vsui sit.

Hæc porro phiala eiusmodi sit, quæ duas tresve uncias aquæ capiat: habeat præterea tum operculum catenula minuta affixum, quo in orbem vbique versatili integatur; tum alteram item catenulam operculo vnicijs tribus altiore, quæ illi deferendæ vsui esse possit; adiuncta huic catenulæ cordula serica, quæ dum asfertur, à collo sacerdotis ferentis pendeat.

#### De Vasculo in quo sacre hostiæ asseruantur.

Vasculum quod sacris hostijs asseruandis paratur, ex operculo confectans, forma rotunda sit, ex argento, aut saltem ex polito ligno tornatili, aliave decenti materia, decoroq; item ornatu & opere confectum: intrinsecus verò serico panno vestitum.

Late pateat vnicijs quatuor pluresve, vt hostiæ inde promi commodè possint. Alterum item vasculum minoribus hostijs asseruandis paratur, quod ex eadem materia, eodem opere, eodemq; ornatu confect; at amplitudine maiore, nempe sex plurimve vniciarum per diametrum ducta, vt pro ratione loci plures hostias capere queat.

#### De vase ad vsu abstergerendi Calices, & lauandi corporalia.

Vas ex aurichalco confectum, aut æneum paratur instar peluis, binis manubrijs constans, atque ab vno latro ad aliud cubito vno & vnicijs octo plaribusve, pro ratione ecclesiasticæ suppelletilis, vndique amplum, oreq; ornatum.



uenti, per quod quasi per canalem aqua inde paulatim in sacrarium effundi possit.  
Quod vas vsui solum fit abstergendi calices, & lauandi corporalia.

De Capsulis corporalium, & purificatorum.

**C**apsulae corporalium, è specioso ligno, aut certè condecenter ornato sint: intus verò serico, aut tenui panno lineo circumuehitæ; forma verò quadrata.

Capsulae item purificatorum, itidem vestitæ atque expolitæ.

De Tapeto vsui sacerdotis sacras vestes induentis.

**T**apetum decens paretur, quo is sacrificii locus sternatur, vbi sacerdos sacrum facturus se induit.

Vbi verò præ inopia non potest, loco tapeti tabulatum instar clathrati operis fit, à pavimento altè exstructum vncijs sex; ita tamen exiguis foraminibus quadratis, trium scilicet vnciarum tantum, plenum fit, vt stantis sacerdotis pedes non offendat.

De Mantilibus vsui abstergendarum manuum.

**M**antilia quæ abstergendis manibus vsui in sacrificia parantur, eo opere quod Damascenum dicunt, confecta sint; tanta latitudine constant, quanta est propria tele latitudo; longitudine verò cubitorum octo, aut plurium, pauciorumve, pro loci altitudine, depressione ve.

Hæc porrò mantilia tornatili ligno, quod altè collocatum, beneficio ferri quo traieitur, circumuoluatur, extensa imponantur.

Quorum mantilium capita eatenus demissa sint, vt hominis stantis vsui esse possint; funiculis verò insertis hinc inde colligentur, vt per tornatile lignum circumduci queant.

De Tabellis, quæ in sacrificia affiguntur.

**T**abellæ, quæ multiplices, variæque mox supra præscriptæ in sacrificia affiguntur, non quærneæ, non nuceæ, neque denique è ligno subobsuro sint; sed ex abiete, aliave id generis arbore albicante: vt ne literarum pagine quæ illis agglutinabuntur, reddantur obscuriores, sed illustres potius, ex albedine ligni cui affiguntur.

Ad quarum tabellarum ornatum coronices ab omni parte adhibeantur; eæque expolitæ, aut præclare pictæ, aut etiam inauratæ, pro ratione paginarum quæ ipsis tabellis affiguntur.

De Suppellestiale officiorum funeralium.

**C**œnotaphia, quas tumbas dicunt, in diuinorum officiorum pro mortuis celebritate adhibenda, aut in arcum, aut in acumen ducta esse possunt. Stragulum cœnotaphij, ad basim scilicet sternendam quæ cœnotaphio subijci solet, è panno saltem laneo coloris nigri paretur.

Aut verò basis nigro colore pingatur, crucibus etiam, mortuorumque capitibus albis appictis.

Pallium vel tegendi cadaueris, vel cœnotaphij sternendi vsui paretur: hoc cœnotaphij sine cruce; illud verò cadaueris crucem albam in medio habeat.

Vtrunque porrò sit colore nigro; ac nisi pretiosius quis malit, è panno serico villosi, quem villutum dicunt, aut saltem laneo contextum.

De Crucibus cœnotaphij.

**C**ruces cœnotaphij, ex aurichalco saltem, aut ex ligno etiam decorè picto conficiantur.

Quæ cruce vt rectè stent, bases marmoreæ, aut saltem ligneæ, ad eas aptè sustentandas parentur, in quarum medio foramen rectum insit, quod earum hastile capiat.

Sint verò à parte transuersa latitudinis cubitorum duorum; à recta longitudinis totidem præter manubrium.

De



De Candelabris cœnotaphij,

CAPVT AD DVOS HARVM  
Instructionum libros pertinens.

Cubiti qui ex vncijs vngintiquatuor conficitur quarta pars vnciatum delineata, hæc est.

**C**andelabra cœnotaphij ex ferro confluentur; altitudine consent cubitorum duorum & dimidij, suffalciantur firma base, quæ instat tripodis, aut alterius firmitoris generis sit, ne fortè præ pondere & longitudine cereorum facile corruant; orbem præterea è lamina ferrea conflatum à superiori parte habeant; cuius orbiculi extremitas sursum reuocata, ceram defluentem continet.

Super hoc item orbiculo apex ferreus infixus extet; cui vasculum inferatur; ad cereos excipiendos aptè accommodatum.

De alia Suppellectile instrumentali.

**T**ripus ad thuris adolendi vsus, cum Missæ, & Vesperæ solenniter fiunt, è patella, aut vase focario conficitur in quo ignis, prunave accensa teneatur; è ferro autem, aut ex aurichalco sit.

Cui tripodi adiungatur etiam cochlearum cum manubrio adunco & forcipe ad prunam excipiendam.

Vasa in quibus oleum ad vsus lampadum reconditur, è lapide sint; aut è querno saltem ligno; operculis item consent aptè compositis.

Guttus olearius, in quem scilicet è vasibus oleum infunditur; è stanno, aut saltem ex ferrea lamina tenui confectus; ore satis patulo sit; è quo oscillum excutitur rostri instar, per quod tenui fluxione oleum in lampades transeat.

Infundibulum eiusmodi sit, quo oleum ex vasibus lapideis querneisve haustum in guttum effundatur; cuius infundibuli manubrium extremum reflexum sit, vt appendi possit.

**H**æc de Ecclesiæ fabrica, tum interiori tum exteriori, ac de suppellectilis præterea ecclesiasticæ ratione formæque, duobus harum instructionum libris nos complexi, edimus ad Prouinciæ nostræ vsus.

In omni autem (vt decretis prouincialibus sancitum est) ecclesiæ, cappellæ, altaris, ædificijq; alterius ecclesiastici ædificatione faciendæ, instaurandæ, resarciendæve, in omni ecclesiastico ornatu, & sacræ suppellectilis apparatu, ratione ac forma etiam his instructionibus quocunque modo demonstrata præsumite, ab ijs quorum interest, Episcopi sui iudicium, & consilium, assensusq; adhibeatur; vt cum omnia ad diuinum cultum pertinentia illius iudicio dirigantur; tum ipse etiam accuratè videat, vt omnia & singula, quæ his duobus libris comprehensa aut demonstrata sunt, quoad eius fieri potest, rectè conformentur harum nostrarum Instructionum præscriptis.

Quoniam verò quæ hoc & illo superiore libro præscripta sunt, præsumptibus, aliæ difficultate, in vna quaque ecclesia non omnia singulave statim & vno eodemque tempore præstari fortasse poterunt: idem Episcopus pro sua prædètia dispiciet ac statuet, quæ primum, quæ deinde magis necessariò paranda consueuerunt, quæ post item, & quæ vltimo loco pro ecclesiarum ratione, proq; opportunitate præstandæ ordine sint, siue ad fabricam, siue ad suppellectilis modum vsusque pertineant: ita vt demum quantum fieri potest, singulæ Ecclesiæ, Cappellæ, Altaria, & partes etiam singulæ ædificatæ, restitutæ, instauratæ, instructæ, exornatæq; sint ad harum instructionum præscriptum.